



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXXI. Huner von dem Kensebeck und seine Söhne Wasmod und Huner, Knechte, verkaufen einen Hof mit drei und einer halben Hufe in Jubar an das Kloster Neu-Isenhagen, am 14. Februar 1337.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

filiginis ad tempora vite sue, quiete et sine aliquo impedimento possidendum, Post mortem vero suam assignavit illum ad officium animarum, Tali conditione adiecta, vt quecumque exstiterit procuratrix officii predicti, conuentui de illo fidele procuret seruitium in festo sancte trinitatis pro anniuersario ipsius annis singulis peragendo. Et ne super hoc facto aliqua dubitacio oriatur litteram fecimus conferibi et sigillorum nostrorum appensione communiri. Datum Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tricesimo septimo, in festo purificationis Marie virginis.

LXXXI. Huner von dem Knefbeck und seine Söhne Wasmod und Huner, Knechte, verkaufen einen Hof mit drei und einer halben Hufe in Zubar an das Kloster Neu-Jsenhagen, am 14. Februar 1337.

Nos hunerus, wasmodus et hunerus, filii huneri iam dicti famuli de Knefbecke, In hiis scriptis publice profitemur, quod ex consensu et voluntate omnium heredum nostrorum tam presentium quam futurorum vendidimus iusto uendicionis tytulo honorabili viro domino helmico preposito in nouo ysenhagen necnon abbatisse et conuentui ibidem Curiam et Casam cum tribus mansis et dimidio dicte Curie et Case adiacentibus in villa Jobere sitas pro XXII marcis denariorum nobis integraliter persolutis, de quibus proueniunt annuatim quindecim modii siliginis et nouem modii auene Soltwedelgenfis mesure, cum omni Jure et aduocatia, necnon singulis atinenciis, sicuti nos et progenitores nostri iam dicta bona possedimus, Jure hereditario perpetuo possidendum, promittentes nichilominus preposito abbatisse et Conuentui antedictis vna cum compromissoribus nostris videlicet domino paridamo milite et Johanne famulo dictis de knefbecke, consanguineis nostris, in solidum et in hiis scriptis nos super predictis mansis Curia et Casa debitam ipsis warandiam prestaturos. Quod factum ne Cuiquam postmodum veniat in obliuionem et ne ab aliquo mortalium per iniustam violentiam infringatur, presentem paginam inde conscriptam nostris et ipforum compromissorum nostrorum sigillis fecimus firmiter communiri. Testes vero huius sunt dominus hermannus plebanus de Lenegowe, dominus gheuehardus de wittenborgh, presbyteri, paridamus plote famulus, Johannes dictus went, Hoygerus de dyftorpe, hinricus burmester, Ciues in Soltwedel, Bernardus blekede et alii quam plures fide digni. Datum Soltwedel, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., in die valentini martiris.